



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 26. Delegatio Orientalium ad Constantem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

Sæculum IV.  
A.C. 342.

## §. XXVI.

*Delegatio Orientalium ad Constantem.*

*Soz. II.c.18.* Julius Papa, nullo Epistolam suam  
*Socr. III.* quente effectu, Constanti Imperator indicat, quantam S. Athanasius,  
*c.10. Athan.* *de Synod.* S. Paulus Constantinopolitanus injuria paterentur. Imperator, rei indignitate  
*p. 894.* motus, ad Constantium fratrem scriptis rogans, ut sibi tres Episcopos mitteret, ob depositionem Pauli, & Athanasii rationem reddituros; Constantius misericordia quatuor, nempe Narcissum Neaniadenum, Theodorum Heracleensem, Marim Chalcedonensem, & Marcum Rethusanum ex Syria; qui, tanquam Concilii Antiocheni delegati, in Galliam, Imperator agebat, venerunt. Maximinus Trevirensis noluit eos recipere, & ipsi colloquium instituendum cum S. Athanasio acceptare renuerunt, volentes quæ acta erant defendere, & Orientalium sententiam propugnare; Cum ab iis professio fidei peteretur, suppressa illa, quæ Antiochiæ fuerat publicata, nempe secunda, ultimam Imperatori Constanti tradiderunt, aliquot post menses conditam. Itaque Imperator facile apprehendit, hos duos Episcopos ab illis iustum persecutionem passos, nec alicuius criminis convictos, ut Eusebiani falso ac  
*firma-*

firmabant, sed ideo cum Catholicis com- Sæculum IV.  
municare nolle, quod in Doctrina dif A. C. 342.  
sentirent; his cognitis Imperator, cui ni-  
hil eorum, quæ cupiebant, persuadere po-  
tuerunt, eos dimisit.

### §. XXVII.

#### *Leges adversus Idololatriam.*

Non nullæ Leges extant, a duobus Im- L. 2. Cod.  
peratoribus latæ contra Idololatriam, Theod. de  
Constantii una anni 341. qua Sacrificia Pag. L. ibid.  
prohibentur, altera hujus anni 342. ad v. Gothofr.  
Romæ Præfectum directa, ex quo sequi-  
tur Constantis esse, qua præcipitur, tem-  
pla, extra urbem posita, integra esse con-  
servanda, ob spectacula, quibus originem  
dedissent, iisque populum Imperator pri-  
vare non vult; cœterum omnis super-  
sticio aboleri mandatur. Alia Lege hu- L. 4. ibid.  
jus anni 342. Imperator jubet, templo  
ubique claudi, nec cuiquam accedere li-  
ceat; Sacrificia sub pœna capitis, & pri-  
vationis bonorum prohibentur, adjectis  
minis, Provinciarum Rectores iisdem  
pœnis fore obnoxios, si eorum negligen-  
tia crimina illa mansissent impunita.

### §. XXVIII.

#### *Persecutio in Persia. S. Simeon, & S. Uſthazadiuſ.*

Interim Sapor Rex Persarum Christianos, Soz. II.c.8.9  
Acta Sinc. quo- p. 632.